Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Tertiu[m] e[st] me[m]ora[n]de [con]clusio[n]is [con]firmatio securissima/ ibi S[...] i[n]duimini d[omi]n[u]m iuesu[m] [et]c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

Quorꝫ deus venter eſt ⁊c. Tales vtiqꝫ faciunt feſtū ventris plus ſoliciti de refectione carnis moriture ꝙ̄ de refectione mentis in eternū durature. Bern̄. Sic ſtulti extimatores de minimis maximā ⁊ de maximis minimā curā gerunt. Multi em̄ p̄parant ſolicite. proh dolor. non corda domino ſed veſtimenta oſtendenda mūdo. Cōtra q̄s Matth. xxiij. Ve vobis q̄ mundatis id qđ deforis eſt: intus aūt pleni eſtis rapina ⁊ immundicia ⁊c. Ve vobis quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis q̄ a foris apparent hominib⁹ ſpecioſa: intus ꝟo plena ſunt oſſibus mortuorꝫ ⁊ omni ſpurcitia. Tales vtiqꝫ ſūt qui ſine dei timore viuūt. quia dicitur Ecci. ij. Qui timent dominū inquirent que beneplacita ſunt illi: ⁊ ſequitur. Qui timent dominū p̄parabunt corda ſua ⁊ in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Nunc itaqꝫ quia dn̄i natiuitatem celebraturi ſumus: neceſſe eſt vt diligētiſſime corda noſtra p̄parem⁹ Amos. iiij. Preparare in occurſum dei tui iſrl̄. hora eſt igit̄ iā nos de ſomno ſurgere.

Tertio in ep̄la tangit rōnis predicte confirmatio:

cum dicit̄. Sed induimini dominū ieſum chr̄m. q. d. bene debetis abijcere opera tenebrarꝫ ⁊ induere arma lucis q̄liter non poteſtis induere dominū ieſum chr̄m: quod tamen ē vobis p̄neceſſarium. Induimini igit̄ dominū ieſum chr̄m. i. confortate vos ⁊ cōfigurate ſibi imitando ſanctitatē conuerſationis ſue quēadmodū decet ⁊ oportet ſingulos chriſtianos. Conuenienter aūt dicitur domin⁹ ieſus indumentū veri chr̄iani. Indumētū eniꝫ eſt corpis circūdatiuum: interni caloris conſeruatiuū: ⁊ nocumenti exterioris p̄ſeruatiuum ſiue repulſiuū. ſic dominus ieſus p̄ns cordi humano ꝑ grāꝫ ip̄m vndiqꝫ circūdat: feruorē charitatis cōſeruat ⁊ ab hoſtib⁹ p̄ſeruat. Ideo bn̄ dicitur Induimini Ephe. iiij. Renouamini in ſpiritu mentis veſtre ⁊ induite nouuꝫ hoīem. ſ. chriſtum q̄ ſm̄ deum creatus ē ſcꝫ q̄ ad ad humanitatē in iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis. In p̄dictis autem ꝟbis vicꝫ induimini dominū ieſum chriſtuꝫ ꝑ illa tria nomina dominū: ieſum chr̄m: intelliguntur tres cōditiones deſiderabiles propter q̄s vicꝫ tota mente deſiderare debem⁹ ſic indui.

Prima eſt conditio venerande ſublimitatis quia dn̄m Apoc. xix. Dn̄s dominantiū. Ideo ip̄m induimini ꝑ ſubiectionis reuerentiā. Scd̄a eſt ꝯditio deſiderande vtilitatis quia ieſum. i. ſaluatorē. Mat. j. Vocabis nomen eius ieſum. ip̄e em̄ ſaluū faciet ꝑp̄lm ſuum ⁊c. Ideo ipſuꝫ induimini ꝑ affectionis beniuolentiam

Tertia eſt conditio obſeruande neceſſitatis quia chriſtum. i. vnctum plenitudie gratie a q̄ omnis alia gratia deriuat̄. ⁊ ſic gratiam que nobis ꝑmaxime neceſſaria eſt habere non poſſumus niſi ip̄m induamur. Joan. j. Gratia et veritas ꝑ ieſum chriſtū facta eſt. Et ibidem: de plenitudie eius omnes accepimus. Ideo ip̄m induimini ꝑ conformationis efficaciā: quia chriſtiani dicimur a chr̄o. Hec itaqꝫ nos excitare debent ad dominū induendū. h̄ eſt eī indumētū digniſſimū: vtiliſſimū ⁊ maxie neceſſarium. ergo ſine retardatione induimini dn̄m ⁊c. quia hora ē iā nos d̄ ſomno ſurgere. Ber. Vos q̄ in puluere eſtis expergiſcimini ⁊ laudate. Ecce dominus venit cum ſalute: venit cuꝫ vnguentis: venit cum gloria. Neqꝫ enim ſine ſalute venit ieſus: neqꝫ chriſtus ſine vnctione: neqꝫ ſine gloria venit ip̄e filius dei: ſiquidem ip̄e ē ſalus: ipſe vnctio: ipſe gloria. Hec ille. O igitur anima peccatrix anima ſomnolenta negligens dura ⁊ pigra expergiſcere ⁊ cōtemplare deuote aduentus filij dei dulcedinem pro natiuitate. Sicut em̄ dicit Auguſtinus. Venit ad nos celeſtis negociator accipere contumeliā ⁊ dare honorem: ſubire mortē ⁊ dare vitam: haurire ignominiā ⁊ dare gloriam. Accepit quod hic abūdat naſci laborare ⁊ mori. dedit renaſci reſurgere ⁊ in eternū regnare. Hec ille Audi igit̄ aīa audi paulū miniſtrū chr̄i ſponſi tui q̄ dixit Induimī dn̄m chriſtum. Immo poti⁹ audi ipꝫ ſpōſū dicēte Can̄. viij. Pone me ſicut ſignaculū ſuꝑ cor tuū ⁊ ſicut ſignaculū ſuꝑ brachiū tuū. Hec ille. Et ſic hortat̄ ſapiens Ecci. v. Ne tardes ꝯuerti ad dn̄m ⁊ ne differas de die in dieꝫ ⁊c. qm̄ ſicut dicunt verba p̄aſſumpta ꝑ themate Hora ē iā nos ⁊c.

Secūdo hora eſt vt nos p̄paremus ad receptionem ſuauiſſimā ⁊ h̄ reſpectu